

Sal.

Vir doctiss.

Epistolam tuam ante menses aliquot bilari vultu
 accepi, et quatenus te publice virum ostendisti, eundem
 privatis apud me literis ulterius exhibuisti. Grata
 fuerunt illa, quae de provocatione in Vallem Josa
 phath, deq; gravitate homicidij Cainici adveni-
 lasti. Quod ego notarium bonis ex auctoribus, brevi
 habebis. Interea reperi quovq; locum in tuo libro
 Talmudico, quem per otium libenter evolvere soleo.
 Unum restat, me in lingua, ista non ita versatum
 esse, ut eius mentem primo ^{gratum} aspectu consequar, meq;
 oblecter, neq; professionis meae studia graviora
 id hactenus permiserunt. Difficiliorem itaq; lectionem
 reddit ~~textus~~ textus ille, quod punctis caret. Rogo
 igitur locum istum a verbis, Ne sitis nescij
 usq; ad verba: Mundum esse conditum
 in cap. 4. §. 5. pag. 33. et 34. signis eiusmodi hanc
 gravatim distinguas. In fine paginam istam trans-
 mitto. Officium hoc mihi praestaret frater Antonius,
 qui cum Hebraica Chaldaica et Arabica, callet
 linguam: sed is absens, et Witeberga jam deijt.
 Ad auctorem itaq; libri recurro, et ut is adimat
 remoras, mihiq; verba reddat, faciliora, rogo.
 Alterum, quod volui, est locus in cap. 2. §. 5. pag. 21.
 ubi dicitur inter alia: Sine arbitris tondetur
 Rex scilicet Judaeorum; idq; solibus factum quod die
 et ad morem Sacerdotis summi, q ~~septimo~~ quovq;
 die, et grezarig, tricesimo. Ego haec non de-
 capiens, quare ex se, quid velis? Dubium namq; me
 reddit, quod lego, plerasq; gentes, tam Asiaticas
 quam Europaeas habuisse comas pendulas sive pro-
 missas et fluctantes. Constat quovq; sacerdotem
 in vet. test. nec barbaram nec edentem radere de-
 buisse. Imo filium ~~factum~~ ^{gentem} Christianum in novo
 test. prolisos gessisse capillos, Nicephorus auctor
 est. Scrupulum igitur exime, et verba totiq; pa-
 ragraphi parca, similiter punctis redde clara.
 Utroq; rem mihi praestabis gratam — proximeq;
 meas habebis cogitationes. Salve Vale.
 Jabann ex Witebo 24. Sept. A. 1630.

T.
 omni officio

Joh. Heringij

VIRO
Præstantissimo ac doctissimo
Dn. Johanni Coes
Phil. ac Theol. Cant.
dato, nec non
S. Ling. calle
J. Amis
f. 10.